UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Ne quis in sua causa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

Qui pro ſua iuriſdictione. Rubr. IIII.

LEX VNICA.

1 Sententia nulla ex defectu iuriſdictionis, non poteſt conſenſu
partium validari. poteſt tamen valere in vim pacti.
2 Sententia lata a delegato, vt valeat, requiritur quod ſit cauſa de
iuriſdictione delegantis.
3 Sententia lata a delegato, qui alias erat ordinarius, an valeat ſi
non proceſſit vt delegatus.
4 Si iudex delegatus a principio caruit iuriſdictione, ⁊ lite penden
te ſuperuenit, quomodo valeant acta, ⁊ ſententia.
5 Delegatus principis poteſt ſubdelegare cauſas meri, ⁊ miſti im-
perij.

In cauſarum. Non poteſt delega
ri cauſa, que ad iu-
riſdictionē delegantis non pertinet, ⁊ ille cui de-
a legatur, debet eſſe de iuriſdic. delegantis[a]. Item
cū delegatus principis ſubdelegat, appellatur
ad ipſum. h. d. Habet tres partes. Primo quan-
do cauſa non eſt de iuriſdict. delegantis. Secundo quādo nec cau
ſa, nec perſona eſt de eius iuriſdictione. Tertio loquitur de delega
to a principe, ſm gl. noſtram. Secunda ibi, qđ ſi quis. Tertia ibi,
hoc teneant niſi. ¶ No. ſi. huius l. q2 neſcio alibi. ¶ Op. ſ. commu-
nia vtri. iud. l. ij. Dicit glo. fateor quod ſententia eſt nulla ipſo iu-
re, niſi a partibus approbetur, vt l. contraria. Uide gl. quam per-
b petuo tene menti. Tenet gl. iſta,[b] quod ſentētia nulla † propter de-
1 fectum iuriſdictionis iudicis, poteſt per conſenſum partium vali-
dari. hoc. omnes tenent contrarium, vt l. ſi expreſſim. ff. de app. ſ. de
iuriſdic. omn. iud. l. priuatorum. Non ob. l. ij. ſ. communia vtri. iudi.
q2 ibi ex illa approbatione non validatur ſententia vt ſentētia: ſed
c habet[c] vim cuiuſdam contractus, quaſi partes fecerint per contra
ctum illud, quod continebatur in ſententia. ¶ Opp. ff. de off. eius
2 cui mand. eſt iur. l. ⁊ ſi pretor. Sol. ad † hoc vt ſententia lata per de
legatum valeat, ſufficit quod cauſa pertineat ad iuriſdictionem
delegantis, nec eſt de neceſſitate, quod ille, cui delegatur, ſit de
eius iuriſdictione, vt l. contraria. Sed quantum ad hoc vt delega-
tus poſſit compelli, requiritur quod ſit de iuriſdictione delegan-
tis. Ita debet intelligi. ¶ Oppon. ad ſi. noſtre l. de l. j. in ſi. ff. quis ⁊
a quo appel. Sol. quidam habent hic, ad nos, ⁊ tunc concor. qui-
dam habent, ad eos, ⁊ tunc dic qđ ſpeciale eſt in delegato a prin-
cipe, vt ad eum appelletur ab eius delegato, vt hic, ⁊ eſt hic ſingu-
laris caſus. ¶ Querit gloſſ. ſuper princip. de duabus queſtioni-
3 bus. Primo, quid ſi ille, † cui eſt facta delegatio, alias habeat iu-
riſdictionem, ⁊ partes ſcienter coram eo litigauerunt, an valeat
ſententia? gloſſ. videtur dicere quod ſic. Tu dic ſecundum Azo.
b inſpicienda acta, an cognouerit vt delegatus[b], ⁊ non valeat, vt
hic, ⁊ ſ. tit. j. l. j. an cognouerit vt ordinarius, ex vigore iuriſdictio-
nis prorogate, ⁊ tunc valeat. Ita debet intelligi gloſſ. ¶ Quero
4 quid ſi in princ. cauſe † delegans carebat iuriſdictione poſtea pen-
dente cauſa, iuriſdictio ſuperuenit, an confirmetur iuriſdictio de-
legati? dicit gloſſ. quod ſic ab iſto tempore, non tamen trahitur re-
* tro*. Contra not. gloſſ. in l. j. ſ. vbi de cri. agi opor. ⁊ ibi dicam tibi.
5 Ultimo querit gloſſ. † quid ſi princeps delegauit cauſam meri, ⁊
c miſti imperij, an illam cauſam poſſit ſubdelegare[c]. Et tenet gloſſ.
hic quod ſic. Mar. Sil. tenet contra. Puto gloſſ. verum dicere, per
hunc text. qui hic dicit nullo perſonarum cauſarum ve, ⁊c. ⁊ ſic ſine
diſtinctione cauſarum delegatus a principe ſubdelegat. Idem te-
net Gulſel. de Cu. in l. j. de offic. eius cui man. eſt iuriſdictio. argu. l.
pater. ſ. quindecim. de leg. iij. ⁊ dicemus in l. j. de offi. eius cui man.
eſt iuriſdict. ſic eſt ſingularis caſus hic, quod delegatus a principe
cauſam meri imperij ſubdelegat. ⁊c.

ADDITIONES.

a ¶ Delegantis. Circa materiam an papa vel epiſcopus poſſit de-
legare cauſas clericorum, ⁊ econtra, an princeps laicus poſſit de-
legare cauſas laici clericis, an fratres minores ſint capaces dele-
gationis, iſtam queſtionem vide per Iaſ. in rub. de offic. eius, ⁊ ſex
requiſita vt poſſit fieri delegatio, ⁊ delegatus compelli, vide per
Iaſ. in l. eum qui. ff. de iur. omn. iu. Item quod epiſcopus vel alius
clericus poſſit eſſe delegatus principis ſecularis vide Feli. in c. in-
ter dilectos. extra de fide inſtrumen. An autem ad petitionem cle-
rici poſſit papa delegare cauſam contra laicum, vide Bologn. in
additio. ad conſi. lxxxiiij. Ioan. de Ana. Item de eo quod dictum
eſt ſ. an poſſit cauſa ciuilis clericorum delegari laico, vide Aret. in
c. ij. extra de iudi. vbi etiam ponit an poſſit cōſtitui laicus vicarius
epiſcopi, vel alius adminiſtrator vel procurator eccleſie. ⁊ latius
ibi vide Deci. ⁊ alia in diſcurſu. Itē ad ea que dicta ſunt ſ. an cle-
rici, vel religioſi poſſint eſſe delegati inter laicos cauſarum mere
laicalium, vide late Barb. in rub. extra de offic. deleg. concluden-
tem quod non. Uide Decium in c. ij. de iudi. late de iſtis. Et quod
econtra ſi clericus ſit delegatus laici, an poſſit cognoſcere de cau-
ſis ſpiritualibus incidentibus, vide late Feli. in c. cum ſi generale.
de foro compet. habes ad Bart. in l. Titia. ff. ſol. matr.
b POMA. ¶ Tenet gloſſ. iſta. Uide gloſſ. in ca. ſignificaſti. extra de
foro compet. Panor. conſil. xcij. in j. vol. ij. ⁊ conſi. xxx. vol. ij. ⁊ conſi.
lxij. eo. vol. Feli. in c. cum ex officij. de preſcrip.
c ¶ Sed habet. Adde tu ⁊ vide do. Ma. So. in c. ſignificaſti. art. vij.
q. viij. de foro compet. ⁊ Aret. conſi. lvj. circa medium.
b ALEX. ¶ Ut delegatus. Text. eſt in l. ſed ⁊ ſi ſecūdum. ſ. ſi quis
iudex. ff. de arbitr. Ad idem facit in c. ſuper. de offic. deleg. ⁊ in c. ex
parte Aſten. de conceſ. preben. ⁊ in l. ſi is ad quem. de acqui. here. ⁊
in l. preterea. de eo qui pro tutore. ſed ſi litigarunt coram eo tan-
quam ordinario, tunc valebit proceſſus. allegat l. j. ſ. ij. verſic. ſed ⁊
ſi. ſ. de iudi. vbi ſatis eſt, quod partes proceſſerunt ex capite pro-
rogandi, licet iudex errauerit ſed procedat opi. Innoc. in c. cum ex
officij. de preſcri. ſpe. de iuri. omn. iud. ſ. j. verſi. ⁊ ita etiam. Bartol.
in l. ſi per errorem. de iuri. omn. iudi. ⁊ Bartol. in repe. l. falſus. C. de
fur. ⁊ ita etiam tenet ful. in d. l. ſi per errorē. de quo etiam per Bar.
in l. eum qui. de iuriſd. omn. iud. ⁊ in d. l. falſus. ⁊ etiam hic, ⁊ Paul.
de Caſtr. in d. l. ij. ſ. pretor. in princ. de offic. eius ⁊ per Rom. ibidem
qui impugnat primum membrum ſ. ſcrip. diſtinctionis, ⁊ moue-
tur, quia ibi eſt defectus in cauſa efficiente, ⁊c. Uide Alexan. quia
inueni hanc apoſti. in reportatis Alexand. in l. ſi per errorem. ff. de
iuriſd. omn. iudi. ⁊ Panor. in c. licet. de offic. ordinarij.
* CLAV. DE SEIS. ¶ Trahitur retro. Sufficit tamē ad hoc vt
delegatus ſubdeleget, quod habeat iuriſdictionem in habitu. licet
non in actu, per ea que not. gloſſ. Panormita. ⁊ docto. in c. paſto-
ralis. ſ. quoniam. de reſcript.
c ALEX. ¶ Poſſit ſubdelegare. Et ꝙ delegatus a principe indi-
ſtincte ſubdeleget, vide late per Specu. in titu. de iudi. deleg. ſ. ſe-
quitur per totum illum ſ.

---

a Ne quis in ſua cauſa[a]. Rubr. V.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Cauſa. Limita non procedere in principe vel po-
pulo non recognoſcente ſuperiorem. Uide Felin. in cap. cum ve-
niſſent. extra de iudic. Uide ibi late Decium vbi etiam quid in in-
feriore a principe.

LEX VNICA.

1 Qui non recognoſcit ſuperiorem, eſt Iudex in cauſa propria.
2 Ciuitas, que nō recognoſcit ſuperiorem, iudicat in propria cauſa.
3 Epiſcopus an poſſit eſſe iudex in cauſa ſue eccleſie.
4 Poteſtas an poſſit eſſe iudex de iniuria facta eius familie.

a Generali. [a]Rubr. ſummat l. Hoc intellige ve-
1 rum, niſi in iudicibus qui † non re-
cognoſcunt ſuperiorē. tunc enim ipſimet iudicant cau-
ſas ſuas, vt ff. de her. inſti. l. ⁊ hoc Tiberius. Et ita vi-
b demus de facto in ciuitatibus[b], que non † recognoſcunt ſuperio-
2 rem. Pro quo facit glo. in l. ſi alius. ſ. belliſſime. ff. quod vi aut clam.
3 ¶ † Quero an epiſcopus poſſit eſſet iudex in cauſa ſue eccleſie.
Uide per Inn. extra de elect. c. noſti. Itē vide circa predicta extra
4 de iud. c. cum veniſſet. Item † an poteſtas poſſit eſſe iudex de iniu-
* ria* facta familie ſue. Iacob. de Aret. diſputauit. q. quam Cy. hic
ponit de verbo ad verbum. ⁊ ego dixi in l. ſi quis forte. ſ. ſi quos. ff.
de pe. Cetera dic vt in gloſſ.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Generali. Uide Alexand. conſil. j. volu. v. Felin. in c. ſ.
de probat. ij. notabili. ⁊ in cap. poſt ceſſionem. de probat. Anton. de
Prat. in conſi. inſerto in conſilijs Barba. vol. j. ⁊ conſil. xxiiij. vol. ij.
Pan. in c. cum veniſſent. de iudic.
b ALEX. ¶ In ciuitatibus. Et limita hanc legem vt per Bart. in
l. ex ſententia. ff. de teſta. tuto. vbi dixit quod Poteſtas non poteſt
pronunciare ſuper tota iuriſdictione, ſed an ſit Poteſtas ſuper
vna cauſa tantum, bene poteſt pronunciare. ex oppoſito ⁊ ad hec
que dicit hic Bart. vide que habes poſt gloſſ. in ca. j. de maledicis.
¶ Adde, an epiſcopus poſſit eſſe Iudex in cauſa eccleſie ſue, Old.
conſi. clvj. ⁊ de iniuria facta familie, dicit Paul. de Caſt. quod Po-
teſtas poſſit cognoſcere, ſi eſt notoria, quia potius dicitur exequi,
quam cognoſcere.
* CLAV. DE SEISS. ¶ De iniuria. Nunquid autem poſſit de
iniuria ſibimet facta cognoſcere ⁊ punire. Uide text. ⁊ ibi Imol. ⁊
Panor. in c. dilectus. de penis. ⁊ hec per Bal. ⁊ Nic. de Neap. in l.
Spadonem. ſ. ſi ciuitatis. ff. de excuſat. tuto. ⁊ Panor. in c. cum ve-
niſſent. de iudic.

Qui legitimam perſonam. Rubr. VI.

LEX I.

a Si cum eſſes. [a] Sententia lata contra mino-
rem defenſore carētem non va-
let, hoc dicit. cum l. ſequen. Super l. j. dicit gloſſ. quod hoc